



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Disce mori, id te doceat mors certissima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

HOROLOGIVM

AVXILIARIS TVTELARIS

ANGELI.

DIEI HORÆ.
HORA PRIMA DIEI.

Disce MORI: id te doceat Mors
certissima.



EMENTO homo lutum, venturum mane illud (& forsan brevi) cuius tu vespere victurus non sis, aut venturum vespere, cuius tu mane non sis victurus. Quare, dic tibi ipse dormituro, Potes, non expersisteris, dic expectecto, Potes non dormire amplius. Die exeun-

ti, Potes non reverti: die redeunti, Potes non exire amplius. Mors ubique proximè te est. Statutum est hominibus semel mori. Debemur morti nos nostraque omnia. At verò discere qui vult MORI, omnibus id horis necesse discat. Et quid longas spes præcipis, quid magnis cogitationibus animum impleas? cras forsitan futurus favilla & cinis. Cautos fige pedes o homo; illa atra Diva, Mors cuique nostrum super caput quotidie adstat, & ultimas vitalis clepsydre arenulas inlopo. & vigili oculo expectat. Age, si quid agis; abibis brevi: virtus, si quam amas; vitia, quæ patrasti, tecum ibunt, nec alios hinc habebis comites. Ergo propterea bene vivere, & singulos dies, singulas vitas puta. Memento mori.

Disce VIVERE: id te doceat lex Patientiæ.

I VRE prima hæc tibi virtus sit, quia summè necessaria. Vitam hanc bene noveris, sunt ubique ferenda plurima. Bonam vitam ego puto, ait Bernardus, mala pati & bona facere, & sic perseverare usque ad mortem. Qui pati non vult, vivere recusat. Ad hoc sacramentum adacti sumus, ferre mortalia; nec perturbari his, quæ vitare nostræ potestatis non est. Nostrum ad Deum pædagogus sunt, MOEROR & DOLOR. Affligi & non murmurare, est cælum jam cominus salutare. Magnum sanè malum est, non posse perferre malum. Vulneris fervorem nihil tam exasperat, quam ferendi impatientia. Deus si sæpe ferire, at sapissimè etiam moderari consuevit, præsertim si quis leniter, & cum gratiarum actione molestias perferat, nec eum, à quo immittuntur, oderit, aut cum Dei providentiâ expostulet; nec in secundis tantum rebus bonum se præbere didicerit. Sæpe protrahitur labor pugnae, ut crescat corona victoriæ. PATIENTIA thorax ferreus est, impenetrabilis; & Virtus dum patitur, vincit. Optimum, cum pateris, canticum est: SIT NOMEN DOMINI BENEDICTVM. Omnis impatientia hoc habet lucrum, proprium malum auget, promissum præmium perdit, supplicium novum commeretur. Ergo tolera quod non vis, ut assequaris quod vis: tormenta præmia crescunt.

Hebr. 9.
vers. 27.

Omnibus
horis di-
scendum
mori.

Mors enim
super ca-
put nostrum
quotidie
adstat.

Bona vita
est, mala
pati & bo-
na facere
usque ad
mortem.

Patientia
est thorax
ferreus.

A Disce ORARE: id te doceat actus Contritionis.

DOMINE JESV 1. Christe, verus Deus & homo, creator ac redemptor meus, pœnitet 2. me ex toto corde, quod offenderim te Dominum meum & Deum meum, quem 3. amo super omnia. Et propono 4. firmiter amplius non peccare, omnique peccandi occasiones devitare, confiteri, & implere pœnitentiam, quæ mihi fuerit injuncta. Et in satisfactionem peccatorum meorum offero 5. tibi passionem tuam, merita B. Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum, atque omnia opera mea, & totam vitam meam. Et confido 6. in bonitate & misericordiâ tuâ infinitâ, quod per merita pretiosi sanguinis tui, mihi remissurus sis omnia delicta mea, & gratiam 7. uberem largiturus, quâ vitam sanctè instituere, tibi que perfectè usque in finem servare valeam. Qui cum Patre sanctoque Spiritu vivis ac regnas Deus in sæcula benedictus. Amen.

Includuntur hac oratione

1. Actus fidei. 2. Dolor de peccatis. 3. Amor Dei super omnia. 4. Propositum de futuro. 5. Oblatio sui per Christum. 6. Spes veniæ per Christum. 7. Petitio gratiæ & auxilii Dei.

Admonitiuncula in Contritionis actum.

CONTRITIO adeo res est pretiosa, ut momento vel mille gravissima etiam peccata extinguat; hominem Deo, homini Dei gratiam restituat, ac beatam eternitatem tribuat, si quem sublatâ confessionis occasione sic mori contingat. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Contritio verò maximè nititur amore Dei super omnia, continetque tres actus.

Primus est, DOLOR ob offensum Deum, qui dignissimus est, ut ab omnibus super omnia & ametur, & colatur: hinc bonum quod quovis letali peccato perditur, infinitum est, majus est omnibus bonis: hinc & malum quod quovis letali peccato incurritur, infinitum est, majus est malis omnibus: proinde tanti boni jactura, & mali tanti perperio majorem dolorem merito inurat, quam si bona cuncta, pecunia omnis, valetudo, fama, vita, cetera omnia sint perditâ. Interire milles, jocus est, si æternis inferorum ignibus conferatur, quibus nos peccatum vel unicum obstringit.

Secundus est, PROPOSITVM, non amplius nec amore, nec timore delinquendi, atque, si quid contra jus factum sit acquisitum, restituendi. Ex hoc firmo animi decreto ita paratum se quis offert ad omnes Dei leges servandas, ut dicat: Dixi, Domine, custodire legem tuam: quidquid præcepisti, o mi Deus, faciam quam possum integerrimè.

Tertius est, SPES VENIÆ, & PETITIO GRATIÆ ad feriam vitæ emendationem. Accusare se & se non emendare, est Deum tentare: nec quidquam valet à malis veniam poscere, & mala de novo iterare. Sanguis autem & mors Domini JESV, hanc nobis fiduciam ingerit, ut hæc speremus, petamus tanta, feriam scilicet emendationem vitæ post tam graves ac multiplices offensas.

Accusatio

1. Dolor.
2. Dolor.
3. Dolor.

1. Propositum.

2. Propositum.

3. Propositum.

4. Propositum.

5. Propositum.

6. Propositum.

7. Propositum.

8. Propositum.

9. Propositum.

10. Propositum.

11. Propositum.

12. Propositum.

13. Propositum.

14. Propositum.

15. Propositum.

16. Propositum.

17. Propositum.

18. Propositum.

19. Propositum.

20. Propositum.

21. Propositum.

22. Propositum.

23. Propositum.

24. Propositum.

25. Propositum.

26. Propositum.

27. Propositum.

28. Propositum.

29. Propositum.

30. Propositum.